



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

II. Die Markgräfin Mathilde und ihre Söhne Johann und Otto überlassen der Stadt Werben die ihnen erledigten Besitzungen zwischen der Elbe und Havel, im Jahre 1225.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

in der Vorstadt. Dies letztgedachte Hospital überlebte die übrigen. Die beiden ältern gleichartigen Stiftungen wurden zur Zeit der Reformation dem St. Jürgenhospital mit zugeschlagen und die dazu gehörigen Capellen dem Verfall überlassen.

U r k u n d e n.

I. Graf Heinrich von Anhalt verkauft als Tutor der Markgrafen von Brandenburg der Stadt Werben zur Tilgung einer Schuld die Wiese Prinslow, im Jahre 1225.

Heinricus, Dei gratia Comes Ascharie et Tutor Marchie Brandenburgensis. — Scire cupimus universos tam presentis temporis quam futuri, quod nos, una cum nostris nepotibus de Brandenburg, pro quodam debito persolvendo habito super consilio tam nobilium quam ministerialium discretorum Burgensibus de Werbene vendidimus pratum unum Prinzlowe et bona illi fluvio, qui Sure dicitur attinentia cum omnimodo ipsorum proventuum perceptione et volumus ut titulo proprietatis sibi jam dicta bona prefati Burgenses libere possideant ac vsurpent, ita quod communitas de Werben ea capiat perpetuo possidenda. Statuimus etiam, Advocatum civitatis sepius memorate auctoritatem habere judicandi in bonis jam dictis secundum consuetudinem Advocatorum nec ad aliquem alium judicem habere respectum causa judicandi sive querimonias deferendi bonorum homines predictorum. Quod ut in presenti robur obtineat firmitatis et certum permaneat in futurum presentem super hoc paginam studiose conscriptam nominibus testium explicatis videlicet Comitis Vlrici de Luchoue, Comitis Sifridi de Osterburg, Comitis Cunradi de Tannenberg, Aluerici militis de Kerkowe, Gerhardi de Cartbowe (sic), Johannis Gans, Thegenbardi, Gozwini, Thiderici de Osterburg, Heinrici fratris sui, Gerhardi de Belitz, Tiderici de Ecsted, Ottonis Advocati de Bertigge, Heinrici de Stendal, Sifridi de Stegeliz, Alberti Advocati de Spandoue, Heinrici de Cungesmarek, Friderici de Kamerik, Johannis et Arnoldi de Werbene, ac nostri sigilli munimine nostrorumque testimonio cognatorum et ipsorum sigillo duximus roborandum. Actum anno dominice incarnationis M. CC. XXV. Indictione VIII^a.

Nach dem Transsumpte v. J. 1335 im Werbenschen Stadt-Archiv. — Seidels handschr. Urf.-Sammlung. Gercken's Fragm. I. 68. Scheidi's Orig. Guelf. IV., 147. Beckmann's Arch. Hist. IV., 528. Beschreib. V., I, VIII., 31.

II. Die Markgräfin Mathilde und ihre Söhne Johann und Otto überlassen der Stadt Werben die ihnen erledigten Besitzungen zwischen der Elbe und Havel, im Jahre 1225.

Mechtildis, dei gratia Marchionissa, et eius filii Iohannes et Otto Marchiones Brandenburgenses. — Notum facimus vniuersis presentem paginam inspecturis, quod nos diuersis et importunis incommoditatibus dilectorum ciuitatensium nostrorum de Werben compassi, ipsorum inopiam et defectum pro parte subleuare volentes, bona nostra ipsi ciuitati adiacentia et nobis vacantia ultra

Albiam et fecus aquam, que Obula dicitur, sita, in aquis, pascuis, pratis, virgultis siue in aliis quibuscunque vrbibus dedimus eisdem, Ita quod eis et eorum successoribus ad ipsorum communem usum perpetuo sit duraturum. Volumus insuper vt eiusdem nostre ciuitatis iudex, si quid super ipso fundo a nobis dato iudicandum emerferit, plenam ibidem iudicandi habeat potestatem. Et in sufficiens huius facti nostri testimonium decernimus hanc cedula[m] sigilli nostri impressione muniendam. Testes autem qui facto huic aderant hi sunt: Sifridus Comes de Osterburch, Vlricus Comes de Luchoue, Volradus Comes de Danenberge, Theodericus et Heinricus fratres de Osterburch, Gerardus de Belitz, Gozwinus de Boizenburch, Heinricus de Stendal, Gerardus Aduocatus de Soltwedil, Aluericus de Kercou, Iohannes Auca, Fridericus de Kemerie, Arnoldus de Werben et alii quam plures. Actum apud Sehuzen, anno ab incarnatione domini M^o. CC^o. XX. V^o.

Nach dem im Werbenschen Stadtarchive befindlichen Transsumte v. J. 1365. — Seibels handschr. Urk.-Sammlung. Lenz Grafenjaal 216. Becmann. enucl. 60. Beckmann's Beschr. V., I., VIII, 34. Gercken's Fragm. III., 73.

III. Die Markgrafen Johann und Otto überlassen den Bürgern zu Werben die Hebung des Jährgeldes, am 19. April 1226.

Johannes et Otto, Dei gracia Marchiones Brandenburgenses, omnibus scripti presentis inspectoribus salutem. — Intuentes pium ac fidelem affectum dilectorum civitatum nostrorum de Werben, nobis quam sepius exhibitum, ipsis tanquam bene meritis pro parte vicem rependere volentes ejusdem opidi naulum damus, omnem proventum, quem inde percepturi eramus, communitati civitatis assignantes, et eidem usui, qui actenus ad nos pertinebat, totaliter renunciantes. Cujus rei testes sunt, Heinricus Pincerna, Teodericus et Heinricus fratres de Oltirburch, Gerhardus de Belitz, Gozwinus de Boizeneburg, Albertus de Nyendorp, Gerhardus Advocatus de Saltwedele, Aluericus de Kerkowe, Halt de Angeren, Albertus Falie, Albertus de Redekisdorp, Johannes et Alardus Auca, et alii quam plures. Actum apud Havelberg, Anno Domini MCCXXVI. XIII. Kal. Maji.

Nach dem Transsumte des Markgrafen Otto im Werbenschen Stadtarchive. — Seibels handschr. Urkunden-Sammlung und Lenz Br. Urk. 25, 26. Bei Beckmann mit dem falschen Dat. XII. Kal. Mai d. i. den 20. April.

IV. Dieselben schenken der Stadt Werben die Jährgerechtigkeit und bestätigen ihr die im vorigen Jahre überlassenen Güter, am 19. April 1226.

Johannes vnde Otto, vangades gnaden Marggrauen to Brandenburg, Allen de dusse gegenwardige scrifte beschouwen Heyll, gnade vnd alle gud. Nach dem dat alle dingk, de jn scriften bogrepen und bostediget werden, nicht lichtliken vthe den mynschliken gedanken mogen fallen, So do